Filium patri ds rogatus indulg& & frater saepe fratris ora
tione seruatur. Apostolus uero totius ecclesiae precibus con
ceditur ob eorum quibus auditurus sit utilitatem; & hoc
donum non tam meum dicitur esse quid differtur ad mar
tyrio ad martyrium praeparatus quam meos ad quos aptus
mittitur. Quod autem crebro paulus in carcere fuerit & de
uinculis liberatus sit ipse in alio loco dicit. In carceribus fre
quenter. De quibus nonnumquam dni auxilio crebro ipsis perse
cutoribus nihil dignum in eo morte inuenientibus dimit
tebatur. Necdum enim super nomine xpiano senatus consul
ta processerant. Necdum xpianum sanguinem neronis
gladius dedicarat; Sed pro nouitate praedicationis siue a iudae
is inuidentib; siue ab his qui sua uidebant idola destrui ad furorem
populis concitatis missi in carcerem rursum imp&u & furore
deposito laxabantur; & hoc ita esse ut diximus apostolorum
acta testantur in quibus & felix loquitur ad agrippam potu
isse dimitti paulum si non appellass& ad caesarem & quia nullam
inuenerit causam praeter quaestiones quasdam de religione
propria de quodam ihu quem paulus uiuere praedicaret.
ex quo animaduertimus & ceteris iudicibus similiter eos
potuisse dimitti id agente dno ut in toto orbe noua praedica
tio disseminaretur. SALUTAT TE EPAFRAS CONCAPTI
UUS MEUS IN XPO IHU. MARCUS ARISTHARCUS. DEMAS. iu
LUCAS COOPERATORES MEI. Id quod in principio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dbk_cod58/0341